



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 62. Innocentii VII. Papæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1406.

§. LXII.

*Innocentii VII Papæ obitus.*

Congregatus adhucdum erat Conventus Nationalis Gallorum, cum fama de morte Innocentii VII Lutetiam perferretur, qui sexta Novembris die anno restauratae salutis millesimo quadringentesimo sexto apoplexia tactus mortalitatem exuisse dicebatur. Rumor quidem erat, illum propinato veneno extinctum esse. Ast Leonardus Aretinus, qui ejus fato præsens aderat, morte naturali Pontificem occubuisse in quadam Epistola ad Franciscum Cortonæ Principem in hanc rem scripta testatum reliquit. Extremum ergo diem clausit Romæ in Basiliæ Vaticana ætatis suæ circiter septuagesimo, secundo vero Pontificatus sui anno. Corpus ejus in eadem Ecclesia apparatu vere insigni terræ mandatum fuit. Galliarum Rex comperto Innocentii obitu vigesima tertia Decembris die, annuente Concilio, ad quatuordecim Cardinales Romæ residentes literas dedit, novi Pontificis electionem, ut different, rogans, pariterque significans, non minus se, quam totum Concilium, summa animi lætitia percepisse, eos, antequam ad ipsum pro exploranda sua mente Legatos misissent, ad novam electionem nullo modo

Aretin. in  
epist. ad  
Franc.

Princ. Cort.

Gobellin.  
p. 283.

Niem. lib. 2.

modo progrede statuisse; Præterea scri- Sæcul. XV.  
 bebat, ex eo, quod Benedictus, emer- A.C. 1406.  
 gente Competitoris sui morte, Papatu se ab-  
 dicare jurato spoondisset, jam non modi-  
 cam redintegrandæ pacis, quam tanto  
 tempore frustra exoptasset, spem affulgere.  
 Si vero, subjungit Rex, præter omnem  
 nostram expectationem, ipse suam cessionem,  
 vel differret, vel omnino recusaret,  
 ipsimet Prælati nostri de certi Pontificis  
 electione vobiscum conimicabunt con-  
 silia. Tandem hortatur, ut electione  
 supersedeant, donec utrinque Oratores  
 expediti fuissent. Verum hæc Regis e-  
 pistola justo tardius advenerat.

## §. LXIII.

*Cardinales Innocentio additi Conclave  
 ingrediuntur.*

Jamjam die octava Novembbris Cardina- Niem. l. 3.  
 les, numero quatuordecim conclave cap. 2.  
 ingressi fuerant; horum vero nomina  
 sunt, ut sequuntur: Cardinalis Angelus,  
 patria Florentinus, Episcopus Ostiensis;  
 Henricus Cardinalis Neapolitanus, Epis-  
 copus Tusculanus; Cardinalis Antonius  
 dictus Aquilejensis Prænestinus Episco-  
 pus; Angelus Laudensis Cardinalis Pres-  
 byter tit. S. Potentianæ; Conradus Car-  
 dinalis, tit. S. Chrysogoni Melitenis;

*Hist. Eccles. Tom. XXV.*

F An-